

# DISSERTATIONIS

DE

## PAROCHIIS IN GERMANIA

præcipue

IN DUCATIBUS JULIÆ ET MONTIUM  
ALTERNATIVÆ MENSIMUM CONCORDATORUM

HAUD SUBJECTIS

§. I.

### Occasio scribendi.

Quando elapsò anno 1780. Mense Septembri in Dissertatione Juris ecclesiastici germanici de eo: quod circa Menses papales in Ecclesia nostra Colonensi, præcipue in Ducatibus Juliae & Montium justum est, demonstratum ivimus, quæ sunt Eminentissimi ac Celsissimi Archiepiscopi Nostri Electoris Coloniensis Jura circa Menses papales, & præcipue, quām justissimis fundata sit momentis ejusdem EMINENTISSIMI prætensio circa tres Menses Martium, Julium, & Novembrem Universitati Coloniensi ex merâ Sedis apostolicæ Gratia concedi solitis, atque revocationi propterea palam obnoxias, nec non, quo infirmo subsistat pede Mensum papalium Exercitium, quod in Ecclesiis collegiatis suorum Territoriorum hactenus tentarunt Seren<sup>mi</sup> Duces Julianensis, Montensis, ac Clivensis;

Fidem dedimus (§. finali) nos demonstratos porro esse, eorundem Territoriorum Ecclesiis parochiales collegiatis Ecclesiis ac Monasteriis incorporatas, nullâ Ratione alternativæ Concordatorum seu Mensibus reservatis fore obnoxias; fidem datam à nobis nunc exequimur, & quidem eò lumbentius, quò pluribus documentis instructi modo in aciem descendimus; Oportet autem, ut, quæ nos occasio ad hoc induxit, præviè hic repetamus: Ea verò nulla alia est, quām quòd Mensum papalium usus, quem in Ecclesiis collegiatis suorum Territoriorum exercent Seren<sup>mi</sup> Duces Montensis, Julianensis & Clivensis, \* atque adeò ad Ecclesiis parochiales extendi velit, ceu Resolutum Regiminis Montensis, quod §. 1. prætractæ Dissertationis nostræ indicavimus, testatur.

\* Conf. Diss. cit. §. XIV. seqq.

A

§. II.

## §. II.

*Parochiæ non subsunt Concordatorum Mensibus quia I.) sub nomine Beneficii in Reservationibus non veniunt curata.*

**Q**uestio: an Ecclesiæ parochiales subsint alternativæ Mensium? Tota ex eo dependet: utrum, quando in Concordatis dicitur *quoties ALIQUO VACANTE BENEFICIO de Mensibus Januarii, Martii &c.* sub Beneficio simpliciter tali veniant etiam Ecclesiæ parochiales? Quas hic sub nomine Beneficii simpliciter talis non venire ex eo evidenter appetat, quod hic versemur in materia Reservationum ceu *odiosa*; odia autem oportet restringi non ampliari a), quemadmodum generatim uno ore fatentur Decretalistæ in dubio: *utrum Ecclesia sit Patronatui obnoxia?* Ecclesiam declarandam esse potius liberam, quam servituti Patronatus obnoxiam; ita etiam dum quæritur, utrum sub Verbis: *quoties vacante aliquo Beneficio &c.* comprehendantur Ecclesiæ parochiales, eas non comprehendi pronuntiandum est, eo quod Ecclesiæ tamdiu sint pronuntiandæ à servitute Reservationum exemptæ donec probentur eidem obnoxiae b).

a) *Reg. 15. J. in 6.*

b) Vid. BARBOSA *J. E. U. L. 3. C. 4. n. 27.* CORVINUS *Tract. 2. de Benef. Lib. Tit. 15. n. 3.*

## §. III.

## CONTINUATIO.

**N**eque hoc gratis à nobis dicitur, sed pridem *jure communi* est determinatum: Etenim Papa BONIFACIUS VIII. expressè decidit *C. 16. de Præb. & Dignit. in 6.*, quod dum generaliter mandat alicui esse providendum de Beneficio si vacaverit, non intelligi Beneficium curatum, nisi in Literis expressa fuerit facta Mense, Beneficium esse Curatum; *Cum in illis, ait: quibus Beneficia curam animarum babentia committuntur, major, quam in iis, qui ad alia promoventur, idoneitas requiratur: Intentionis nostræ nequaquam existit, ut cum aliquibus de Ecclesiis... vel aliis Beneficiis quibuscumque (de animarum Cura mentione non babita) provideri mandamus, ipsis de iis quibus Cura animarum imminet, possit, aut debeat provideri.* Quodsi igitur modo Jure communi sub nomine Beneficii simpliciter talis in Reservationibus papalibus non venerit Beneficium curatum, quomodo dici poterit in Reservationibus Concordatorum sub nomine Beneficii simpliciter talis venire Ecclesiæ parochiales?

## §. IV.

## §. IV.

II) *Quia Regula Cancellariæ nona quoad Ecclesiæ curatas fuit modificata in Concordatis.*

**C**quidem Regula Cancellariæ nona de Mensibus ante Concordata germanæ introducta ait: Summo Pontifici reservata esse omnia Beneficia ecclesiastica cum Cura, & sine Cura vacantia in Mensibus reservatis; verum eo ipso, quod in Concordatis Aschaffenburgensibus, in quibus recipitur alternativa Mensum, solummodo fiat Mentio Beneficii simpliciter talis vacantis in Mense aliquo reservato, atque Natio nostra germanica, & Summus Pontifex ipse ceu pacientes non expresserint Beneficia curata, quæ fuerant expressa in Regula de Mensibus ante Concordata, evidenter appareret. Summos pacientes non recepisse simpliciter Regulam Cancellariæ de Mensibus sed cum exclusione Ecclesiarum parochialium; quodsi enim pacientes voluissent etiam comprehendere sub alternativa Mensum Ecclesiæ parochiales, cur has non expresserunt, prout erant expressæ in Regula de Mensibus? Sane, si Natio nostra germanica sub alternativa Mensum voluisset etiam Summo Pontifici concedere Ecclesiæ parochiales, utique in has expresse consensisset, atque ipse NICOLAUS V. in Bulla Concordatorum, si voluisset sibi reservatas quoque esse Ecclesiæ curatas, has expressisset, prout exprimendas esse ipse noverat ex Constitutione Prædecessoris sui BONIFACII VIII. (§. III.) ad effectum, ut subessent Reservationibus.

## §. V.

## CONTINUATIO.

**A**tque hæc inde magis confirmantur, quod Natio nostra germanica in Concordatis Principum acceptaverit Decretum Concilii Basileensis Sess. 23. de Reservationibus: quo dicitur: *Quia multiplices Ecclesiarum & Beneficiorum bacenus factæ per Summos Pontifices reservationes non parum Ecclesiæ onerosæ extiterunt; ipsas omnes tam generales quam speciales, sive particulares de quibuscumque Ecclesiæ & Beneficiis, quibus tam per electionem, quam collationem, aut aliam dispositionem provideri solet, sive per extravagantes ad Regimen, & execrabilis, sive per Regulas Cancellariæ, aut alias apostolicas Constitutiones introductas, hæc sancta Synodus abolet: in hoc Decreto Regula Cancellariæ nona de Mensibus simpliciter aboletur, atque ordinariis Collatoribus omnes Menses penitus restituuntur;* quando igitur anno 1447 in Civitate Aschaffenburgensi actum fuit inter

Nationem, & Pontificem de alternativa Mensium rursus erigenda in favorem Summi Pontificis, atque reipsa hæc Sedi apostolicæ reservata fuit, Nationa nostra non aliter resuscitare voluit Regulam nonam prædictam, nisi sub verbis generalibus, expresso solùm Beneficio simpliciter tali excludendo Ecclesiæ curatas, quod enim in Concordatis Principum Nationi nostræ fuit restitutum, id in Concordatis Aschaffenburgenib[us] non præsumitur rursus abdicatum, nisi quod literaliter in his fuit expressum; cui accedit, quod *orto dubio Concordata in favorem Nationis potius, quam Pontificis sint interpretanda.* Vid. P. I. ELEM. NOST. §. 145.

## §. VI.

## CONTINUATIO.

**E**x his patet, quād difficulter capi possit Doctrina BARTHELII, a) qui alias in Materia Concordatorum nomen Beneficii strictioris esse Interpretationis contendit, nihilominus docet *Ecclesiæ parochiales* secundum vim, & rigorem Literæ Concordatorum hodieum esse reservatas, quod si enim, eodem ipso teste, in Reservationibus Concordatorum sub nomine Beneficii simpliciter talis non veniant Beneficia electiva, Dignitates &c. quia Reservationes sunt odiosæ, atque Concordata semper interpretanda sunt contra Reservationes; quomodo cum his cohæret ipsius Doctrina, quod sub nomine Beneficii simpliciter talis nihilominus veniant curata, cùm tamen bene ipsi nota esse debuit Constitutio Bonifacii VIII (§. III) quā decernitur non esse reservata curata sub nomine Beneficii, nisi eorum expressa in Lege reservatoria fiat mentio.

a) *Diff. 3. ad Conc. germ. Cap. 4. n. 23.*

## §. VII.

*In Ecclesiæ Colonensi Beneficia curata non subsunt alternativæ Concordatorum.*

**Q**uemadmodum conformiter Doctrinæ nostræ hactenus traditæ vix ulla est Germaniæ Ecclesia, a) in qua vigeat alternativa Mensium circa Ecclesiæ parochiales, ita neque in Ecclesia nostra Colonensi Ecclesiæ curatæ subsunt Mensibus reservatis, sed Ecclesiæ collegiatæ aliquæ Patroni alternativam Mensium, quoad Beneficia curata nunquam acceptarunt, neque etiam acceptare debuerunt, eo quod illorum non fuerit expressa mentio in Concordatis Aschaffenburgenib[us] facta. Inde est, quod Eminentissimus ac Celsissimus Archi-Episcopus noster Elector Colonensis, cui Jus nativum, & ordinarium con-

conferendi Beneficia pro Mensibus papalibus per Indultum Summi Pontificis est restitutum, nullatenus tamen manus apponat ad Ecclesiæ parochiales vacantes in Mense papali, sed eas ex notoria praxi, & observantia relinquat liberæ dispositioni ordinariorum collatorum; ex quo manifestò infertur, quod Eminentissimi nostri Colonienses nunquam crediderint Ecclesiæ curatas comprehendendi sub alternativa Concordatorum, sed, quamvis ab initio Concordatorum per Summos Pontifices impetraverint Indultum Mensium papalium, non apponendo tamen manus ad Ecclesiæ parochiales, has declaraverunt ab alternativa Mensium exceptas; & rectè quidem, cum plurima Beneficia curata originetenuerint erecta sint ex munifica Patronorum Laicorum manu, quorum Jus una cum Reditibus & Décimis transiit in Ecclesiæ collegiatas, ac Monasteria, ut Ecclesiæ plerque parochiales originetenuerint sint de Jure Patronatus Laicorum.

a) Equidem FRANC. GEORGIUS ARCH. TREV. conferre voluit 1747 Ecclesiæ parochiale in Niderremmel in Mense papali, sed causâ cecidit in ipsa Curia romana. Vid. Adjunctum sub lit. A.

### §. VIII.

#### *Transitus ad Ecclesiæ parochiales Ducatum Juliae & Montium.*

Quodsi nunc ea, quæ hactenus generatim de Ecclesiæ parochialibus in Germania alternativæ Mensium non subiectis, delibavimus, nec non notoria praxis, & observantia, qua tres Eminentissimi indultarii pro Mensibus papalibus relinquunt omni Mense vacantes Ecclesiæ parochiales liberæ dispositioni Patronorum, applicentur ad prætensionem Mensium papalium, quam circa Ecclesiæ parochiales novissimis temporibus facere cœpit Serenissimus Dux Montensis, & Julianensis, palam sequi existimamus hanc prætensionem repugnare Juribus Patronorum, quæ his ex Concordatis quæsita sunt, nec non universali in Germania praxi & observantiæ. Verùm præter allata hactenus principia, quæ in favorem Patronorum obviant novissimæ huic prætensioni, specialissima adferemus fundamenta, ex quibus ejusmodi prætensio penitus corruet.

### §. IX.

#### CONTINUATIO.

Et quidem I) hæc prætensio Mensium papalium, aut omnes Ecclesiæ parochiales includere debet, aut si non omnes, nilam. Etenim quis prudens capiet summos pacientes aliquas solummodo certi districtus territorialis Ecclesiæ parochiales voluisse comprehendere in Concordatis, cæteris

ex-

exclusis? verba Concordatorum saepius citata: *quoties vacante aliquo Beneficio in Mensibus papalibus &c.* generalia sunt, adeoque ex sui generalitate omnia Beneficia curata (si subjecta essent Reservationi) comprehendere deberent; atque inaudita est & novitia planè Doctrina in Jure nostro germanico, qua traditur aliqua solummodo Beneficia curata Summum Pontificem voluisse subjicere alternativæ Mensium, non autem omnia; jam vero non ad omnes Ecclesias curatas extendi prætensionem istam fatentur Authores ipsi Dissertationis de *Jure Patronatus &c.* quæ Düsseldorf anno 1779 prodiit §. X. pag. 17. Ecclesiarum verò parochialium paucissimæ restant, quarum Collatio Serenissimis Ducibus in Mensibus papalibus remansit, plurimæ enim Patronis ecclesiasticis sunt restitutæ, potissimum iis, quibus ex Fundatione Patronatus ad Parochias competit &c. Quodsi itaque non omnes Ecclesiæ parochiales subsint alternativæ Mensium, cur singulariter una, aut altera? quodsi plurimarum parochialium Collatio pro omni Mensis suis Patronis ordinariis, urgente manifesto eorum Jure à Serenissimo Duce sit restituta, cur non omnium? cum principia, ac Jura, quibus libertas Ecclesiarum curatarum ab odio Reservationum vindicatur, sint æqualia pro omnibus æquè militantia, ut si in potissimum Serenissimus Dux Montensis injustum viderit usum Turni apostolici, etiam singulas ex iisdem principiis relinquere debeat liberæ collationi ordinariorum?

## §. X.

## CONTINUATIO.

**V**anc Turni apostolici circa Ecclesias parochiales existentiam prorsus in fundatam agnoverunt, & agnoscere debebant diversis vicibus Serenissimi prætendentes, & quidem *una vice*, quando anno 1720 Ecclesia parochialis in Niderembt Abbatæ ad S. Panthaleonem intra Coloniam incorporata vacabat in Mense papali in favorem Serenissimi Caroli Philippi prætendebatur Turnus apostolicus, insistente autem fortiter jure suo Reverendissimo Abbe, ejusdem Serenissimi Senatus Regiminis intimus Düssellanus protulit Sententiam sequentis tenoris: "Auf Ersehung des Verfolgs in Sachen Prälat und Conventualen des Gottes-Haus zu St. Panthaleon binnen Edlen wider Scheffen und Vorstehere zu Niderembt ein und anderen theils das Jus Patronatus über die Pastorat zu jeß besagtem Niderembt betreffend, ist zu Recht erkent, daß ersagtes Gottes-Haus zu St. Panthaleon bey dem Jure Patronatus zu Niderembt in possessorio, salvo petitorio allerdings zu belassen und zu manuteniren, mithin Scheffen und

und Vorstehere zu Niderembt in die in gegenwärtiger Sachen auffgangene Proces-Rösten, designatione & moderatione salvis, fällig zu ertheilen seyen, allermassen hiemit belassen, manutenirt, und fällig ertheilt wird. Düsseldorf den 20ten Februarii 1721. Aus Ihro Churfürstlichen Durchleucht sonderbahrem gnädigstem Besetch. (L.S) AA. Graff von Hatfeld. Haltberg." Porro quando eodem anno 1721 Ecclesia parochialis in Küdinghoven Patricie Montensis vacabat in mente apostolico, atque à Reverendissimā Abbatissā Ecclesiae perillustris in Vilich collata fuit, jure ordinario, Clerico Petro Bey, huic placitum Serenissimus concedere noluit, nisi facta præviā inquisitione, utrum sibi competeteret Turnus apostolicus? judicatum fuit, eandem Parochiam non subesse Turno apostolico, ceu sequentia Documenta testantur: "Coram Scabinis J. ad Nefelrath und Hrn Brosy. Montag den 17ten Februarii 1721. Nachdem Ihro Kurfürstl. Durchlaucht auf Anstehen Johann Peteren Bey umb ihm das Landesfürstl. Placitum über die der Frau Abtissinn zu Vilich Ihme conferirte Pastorat in Küdinghoven zu ertheilen unterm 2ten Januar, gnädigst befohlen, sich zu erkündigen, wer über sothane Pastorat Collator seye, die letztere Collation ausgegeben, und ob Ihro Kurfürstl. Durchlaucht das Jus Patronatus wenigstens alternativum in Turno apostolico nicht zukomme, so ist in vim Citationis die Gemeinde zu gemeltem Küdinghoven als Schefsen, Vorsteheren, und meist beerbten erschienen, darauf denenselben der Inhalt allsolchen gnädigsten Besetachs vorgehalten, und darauf sich folgender Gestalt antwortlich vernehmen lassen, daß in specie Johannes, und Hendrich Hombizier, Henrich, und Johannes Rings 80 bis 90 Jahr alt mit übrigen Gemeins Leuthen sie anders nit wissen, noch gehört hätten, als daß die gnädige Frau Abtissinn zu Vilich der Pastorat zu Küdinghoven Collatrix wäre, auch die letztere conferirt hätte, ob nuhn aber solche mit Ihro Kurfürstl. Durchlaucht alternativ seye, hätten niemalen gehöret, inmaßen einige bis 9 Pastores hieselbst erlebt hätten. — Sequitur Extractus Rentmeisterey des Ambs Levenberg. Küdinghoven ein Dorf, und Kirspel Kirch, und Honschaft gehören hierunter die Dörfer und Honschaften Ramersdorf und beyde Ober- und Niederholtdorf, Becklinghoven zur Halbscheid, Limprich und Bewel, und ist die Collatrix die Abtissinn zu Vilich. — Extractus Protocolli Judicialis, worin Schefsen, Vorsteher, und Gemeinde zu Küdinghoven attestiren, daß Frau Abtissinn zu Vilich die einzige Collatrix der Pastorat allda seye, und Kurpfalz kein Jus alternativum darzu habe."

## §. XI.

## CONTINUATIO.

Ut in prætensi circa Turnum apostolicum Ecclesiarum parochialium Juris possessionem, quam via facti attenterunt, fese intrromittere eo facilius vellent, Jus placiti territorialis à Parochis neoprovisis rogandi, vocarunt in Subsidium, atque Literis placiti in Præjudicium Patronorum ordinariorum inserere cœperunt Clausulam; quod Collatores ordinarii parochias, ceu *in suo Mense vacantes* contulissent, uti sequentes placiti Literæ Joannis Jacobi Weitz provisi Pastoris in Oberdollendorff, de anno 1710 testes sunt: „Von Gottes Gnaden Wir Johann Wilhelm, Pfalzgraf bey Rhein, des heil. Römischen Reichs Erztruchses, und Kurfürst in Bayern, zu Gülich, Cleve, und Berg Herzog, Fürst zu Mors, Graf zu Veldenz, Sponheim, der Mark, Ravensberg, Herr zu Ravenstein ic. thuen fund, und fügen Unseren Beamten zu Levenberg, sonderlich aber Echeffen, Vorsteichern, und gemeinen Eingesessenen zu Oberdollendorf hiemit gnädigst zu wissen: Nachdem Uns Joannes Jakobus Weitz demüthigst zu erkennen geben, was Massen er auf anderwärte Promotion des Pastoris zu Oberdollendorf Petri Wilden von der Frau Abtissin zu Vilich *in suo MENSE* mit solcher Pastorat hinwiederum versehen worden, mit gehorsamster Bitt, Wir gnädigst geruhen wollten Ihme darüber Unser Landesfürstliches Placitum zu ertheilen, daß Wir auf dessen befundene gnugsame Qualification, solcher demüthigsten Bitt in Gnaden Statt gegeben, und Ihme Weitz gegenwärtiges Unser Landesfürstliches Placitum ertheilet haben, massen Wir hiemit, und kraft dieses ertheilen; Euch obgemeldt samt, und sonders hiemit gnädigst befehlen, daß ihr gedachten Weiz für einen Pastoren zu obbesagtem Oberdollendorf annehmen, haltet, und erkennet, Ihme auch alle, und jede zu solcher Pfarr gehörige Rhenten, und Gefälle zu gewöhnlichen Zeiten folgen, und reichen lasset. Urkund hervorgedruckten Kanzley Secret-Siegels. Düsseldorf den 28ten Aug. 1710. Aus Höchstged. Ihrer Kurfürstl. Durchlaucht sonderbarem gnädigstem Befehl. (L.S.) Vt. A. S. Robertz mppr. „Johann Hermann Vogels“. Postquam hæ Literæ cum hac Clausula maximè præjudiciosa innotuissent Rmæ Collatrici ordinariæ Abbatissæ in Vilich, hæc Jus suum perpetuum circa Ecclesiæ parochiales de suo Jure patronatus existentes remonstravit ipsi Serenissimo Electori, atque hic cognita Turni apostolici prætensi insubstantia Mandatum dedit de expediendo placito omissa

Clausula

Clausulâ illa Gravatoriâ: *in suo Mense quemadmodum etiam Neoproviso à Senatu Concilii Intimo placitum territoriale fuit expeditum sub prima Junii 1711.* ceu utrumque *Placitum cum Clausula*, & *sine Clausula* illa in originali assertum in Archivo Abbatiali ejusdem Perillustris Ecclesiæ Collegiatæ testatur.

## §. XII.

## CONTINUATIO.

A liâ porro viâ opus erat, qua nitebantur Ecclesiæ parochiales Juliacenses & Montenses subjecere Juri alternativo sub prætextu Turni apostolici, videlicet, quod provisi neoparochi Jure ordinario de Parochia in Mense papali vacante coacti fuerint petere novam collationem à Serenissimo, si voluissent admitti ad possessionem pacificam, & frugiferam; verùm collationis inde consecutæ insubstantiam ipsi Parochi neoprovisi agnoverunt, ceu ex sequenti testimonio Bartholomæi Boickkræmer Pastoris in Ælstorff colligitur, quod impressum extat in der abgenöthigten rechtsbegründeten Informativ-Widerlegung und Refutation an Seiten Reinoldi Bahnen zeitlichen Abten zu S. Panthaleon binnen Köln in punto der Pfarr zu Niederembt contra Turnum apostolicum, quod exhibitum fuit Senatui Consilii intimo anno 1721. p. 30. sequentis tenoris: "Notum sit universis præsentes lectruris, aut legi audituris, quod ego Bartholomæus Boickkræmer Pastor in Ælstorff prævidens inter Serenissimum Principem Neoburgicum & Abbatem S. Panthaleonis in Colonia post mortem meam litem quandam ratione collationis Pastoratus in Ælstorff orituram, eo quod anno 1623. præsentibus DD. Georgii Coloniæ, & Dusseldorpiensi Decanis tanquam collationem à Serenissimo Principe adeptus ab Archidiaconali officio investitram acceperim, hacque ratione causam aliquam memoratae suæ Serenitati dederim usurpandi Jus collationis Ecclesiæ in Ælstorff, quod illi nunquam competebat, nec unquam competere potest, pro conscientiæ meæ exoneratione & justitiæ amore, hoc quod fide sacerdotali circa collationis & investituræ meæ actum contigit, testatum relinquere debui; Ego itaque, qui supra vacante Ecclesiæ parochiali in Ælstorff ad Abbatem S. Panthaleonis tanquam ad verum & legitimum ejusdem collatorem Pontificio Archiepiscopalique desuper munitum Testimonio, accessi, petens ut mihi vacantem Ecclesiæ conferre dignaretur: qui præviâ de personæ meæ qualitatibus, disquisitione, petitioni meæ annuit, & Ecclesiæ parochiale in Ælstorff mihi contulit; cum vero Princeps successu temporis Ecclesiæ terræ Juliacensis sibi impa-

tronare contra omnem æquitatem tenderet, actus possessorios quæreret, vacantiâ Ecclesiæ parochialis rescitâ factum est, ut ego ad administrationem vigore collationis ab Abbe S. Panthaleonis mihi factæ, pervenire non petuerim, suadetur interim, ut etiam supplex à Serenissimo Principe collationem peterem, quâ habitâ & impetratâ ad Parochiam in Ælstorff redii ibidem, quod alioqui per Officiales illico abductus nequivissem, quietus Parochi officio functus fui; collationem igitur à Principe non ut legitimo collatore, sed ab ipso sine quo quietus in Pastoratu non permitterer, accepi, & ad annum 1623. absque investiturâ (quam tacita ordinariorum licentia & conniventia petendam non urgebat) dictam Parochiam administravi, instituta verò per ordinarium in suâ Diœcesi & Juliacensi patriâ, Visitatione omnes quotquot, investituram de eo docere non potui, sed ipsam me procuraturum promisi, quærebant illi à quo collationem haberem, respondi non alium me cognoscere, nec nisi fulmine Excommunicationis feriri vellem, collatorem agnoscere posse, quam Abbatem sancti Panthaleonis, ad cuius præsentationem investituram ut peterem æquum & justum judicavi. D. Decanus S. Georgii aliunde satis de non alio collatore quam Abbatem sancti Panthaleonis bona conscientia ad prædicti Domini Abbatis præsentationem & collationem investituram requiri suasit, sed D. Decanus Dusseldorpiensis Principis indignationem timens, voluit investituram petendam ad præsentationem Serenissimi. Hæsi dubius, & violentiæ resistere non valens, nolens volens, velut à Serenissimo præsentratus ad Officialem investituram petiturus accessi, & per eundem investitus hucusque cum Abbatis sancti Panthaleonis præjudicio Parochiam in Ælstorff administravi. Hæc pro conscientiæ mæ tranquilitate infirmus ita se habere, coram testibus ad hoc vocatis testor."

## §. XIII.

## CONTINUATIO.

**L**Ex quibus haec tenus deductis facile patet, quod II) ex factis & attentatis Collationis actibus circa Ecclesiæ parochiales in Turno apostolico, qui in Registraturâ Ecclesiasticâ Dusselanâ vulgo in die Erfundigungs-Bücher notantur nihil in Præjudicium Ordinariorum Collatorum erui possit: Etenim A) si actus illi ex sui initio considerentur, primus, qui illos attentavit, fuisse scribitur Joannes IV. Dux Juliacen- & Montensis ab anno 1525, & quidem ad Suggestum Statuum suorum provincialium consequenter via facti, non suffragante aliquo legitimo Titulo, & quidem ex causa oppido falsa, quod Ecclesiæ curatae subessent Mensibus papalibus; verum quidem est, quod Curia romana sub

sub multis prætextibus eodem tempore ad se attraxerit Collationem beneficiorum etiam curatorum sub titulo resignationum, permutationum, præventionum, punctionum &c. &c. &c. atque inde factum fuerit, quod posthabito Jure ordinario collatorum perpetuorum redierint ex Curia romana provisi bulletis circa Beneficia curata, & forsan quod facile fieri potuit ad Beneficia curata parùm qualificati (quæ firmantur ex famosis illis centum Gravaminibus anno 1522 in Comitiis Norimbergensibus à Natione nostra exhibitis) at vero non inde Jus erat Statibus provincialibus sugerendi Domino suo territoriali Mensium papalium usum in Ecclesiis curatis; neque ad hunc Statuum suorum suggestum sibi factum de Jure potuit Dominus territorialis procedere via facti ad Mensium papalium usum, sed ad Summum poterat Jure territoriali in quo continetur jus cavendi circa sacra cavere, ne promoveantur indigni, atque inde fatemur justum esse placiti usum à neoprovisis rogandi pro territoriis Juliacensi & Montensi; quin potius Dominus territorialis jure Advocatæ Ecclesiæ & Collatoribus ecclesiasticis circâ horum jus Patronatûs impendendæ debuisset patronos ordinarios manuteneret in exercitio sui juris patronatûs, ne hi tria gravamina in fasciculo centum gravaminum Norimbergensium anno 1522 contra Curiam romanam obmota, anno 1525 mox potuissent retorquere in attentationes fieri tunc cæptas in sui præjudicium à Domino territoriali Montensi, & Juliacensi circa Parochias de suo jure Patronatûs inibi existentes.

#### §. XIV. CONTINUATIO.

Dorro B.) illud, quod ex Registratura ecclesiastica, seu denen Erfundis gungs-Bücheren prætenditur fundamentum, quasi hæ illæve Parochiæ in Mense papali aliquando vacantes subsuerint Turno apostolico, à Serenissimis Dominis territorialibus exercito nihil omnino roboris continet; nam et si libri ab Officialibus de publico deputati conscripti, nec non in Archivo Principis asservati probationem faciant, id tamen in casu substrato de libris notitiali bus asseri nequit; quemadmodum enim via facti constat fuisse attentatos collationum actus circa parochiales Ecclesiæ reclamantibus constanter illis, quorum intererat, videlicet Patronis ecclesiasticis, ita quoque actus illi libris notitiali bus inserti, non facta mentione contradictionis à parte altera interpositæ, quæ quantum potuit, salva Principum potentia, jus suum conservavit, non præbent parti adversæ præjudicium aut fundamentum cuidam præscriptioni; &, sicut Officiales suo Domino territoriali omni suffragio juris deitituti suggerebant

bant usum Mensium papalium circa Ecclesias parochiales, facile fieri potuit, imò factum fuisse prudenter credendum est, quod ad promovendum exercitium Mensium papalium iidem notaverint, ac relinquere voluerint posteris collationis actus nulos, & propterea effectu suo penitus destitutos, aut si effectum habuerint, à Patronis ecclesiasticis potentiae Principum coacto cedentibus contradicto. Etenim non est dubium, quin ille collationis actus, circa Parochiam Elstorff, de quo supra §pho XII actum fuit, insertus quoque legatur libris notitiali bus. At vero quis ex hoc actu, utut in libro notitiali contento vel umbram quidem juris etiam in possessorio in favorem Turni apostolici elicit? huic adjungendum porro est, quod ejusmodi libri notitiales sibi non sint constantes satis, in afferendo jure prætenso Mensium papalium; nam quoad parochialem Ecclesiam in Niderembt Monasterio ad S. Panthaleonem incorporatam in libro notitiali ad annum 1550 notatur solum Abbatem ejusdem Ecclesiae esse collatorem; ad annum 1577 notatur prædictam Parochiam subesse juri alternativo; in alio ad annum 1582 notatur, solus Serenissimus, ceu Collator ejusdem Parochiae ordinarius. a) Quis varianti ejusmodi notitiali libro, & quidem in jure proprio ac interesse ipsius Principis fidem plenam habendam esse asseret? cum illi, qui citra jus suggesterunt Principi usurpationem Mensium, facilè quoque notasse actus pro promovendo illo attentato quoslibet suspecti sint, atque haec quoque causa fuit, cur suæ prætensioni Serenissimi Duces cesserint, atque, uti Author Diff. cit. Dusselanæ inquit p. 17. omnes Parochiae abbatiæ ad sanctum Panthaleonem intra Coloniam pro liberâ dispositione in omni Mense fuerint relictæ; non dubitamus, alias easque multas variationes ejusmodi in his libris notitiali bus deprehendi, si lucem forsan publicam quoad alias Ecclesias parochiales paterentur circa prætensum Turnum apostolicum.

a) Id colligitur ex sequentibus extractibus, anno 1721 in causa Principis adversus Abbatiam ad S. Panthaleonem intra Coloniam, Parochiam in Niderembt concernente productis & impressis in der Beleuchtung Ihro kurfürstlichen Durchlaucht zu Pfalz als Herzogen zu Gülich an dero Pastorat zu Niederembt gnädigst bevorseyenden Turni apostolici &c.

I) Extractus Gülich-Geistlichen Erkundungs-Buchs de anno 1550 wegen der Pastorat zu Niederembt. Ist eine Moder-Kirch, der rechte Pastor ist des Bürger-Meisters zu Cöllen Broichs Stief-Sohn, hat einen Huyrling darauf gesakt Hn. Henrichen von Bracht, derselbig dann so schwach gewesen, daß er nicht hat  
et;

erscheinen können, so haben die Nachbahren von sich gethan, was ihnen bewust, sagen die Nachbahren, daß der Abt von St. Panthaleon sollte Collator seyn, und Herr Broichs Stieß-Sohn solle dieselbige Kirch durch primarias preces von Kaiserlicher Majestät erlangt haben, wiewohl daß dieselbige in des Abten, und nicht in des Pabst Monath gefallen seye, ic. Pro Extractu cum Originali concordante J. R. Müllheim, Mpr.

II) Extractus aus dem Gülich-Geistlichen Erfundigungs-Buch de anno 1577 wegen der Pastorat zu Niederembt. Fol. 89. Niederembt eine Kirspels-Kirch Pantron sant Martin. Collatoren: den ersten Monath mein gnädiger Fürst und Herr, und den folgenden ein Abt und Convent St. Panthaleon in Cöllen, und also hinfurro das Jahr durchaus. Pastor Herr Christianus Crosch von Angelsdorff, ic. Pro Extractu cum Originali concordante J. R. Müllheim, Mpr.

III) Extractus aus dem Gülichen Erfundigungs-Buch de anno 1582 wegen der Pastorat zu Niederembt.

Folgen Articulen, so Fol. 33. pag. 2. sich finden:

- 1) Wie die Pastoreyen, Vicareyen, Capellen und Officia genennet werden?
- 2) Item ob auch einige Capellen, Vicareyen, oder Officia außerhalb den Städten, Dörfern, und Flecken, im Felde oder sonst auf den Häusern vorhanden gewesen, oder annoch seynd?
- 3) Item, welche die Collatores oder Patronen der Pastoreyen, Capelleney, Vicareyen, und Officien seyen?
- 4) Item, welche die letzte und jetzige Possessores seynd?

Folgen Responsiones, so Fol. 48. pag. 2. sich befinden:

- ad 1) Sagt der Pastor zu Niederembt bey Alyts-Pflicht, die Kirch seye genandt Pastorey zu Niederembt.
- ad 2) Sagt eine Capell im Amt Caster genandt Leich, gehöre unter Niederembt, wird aber im Amt Caster verdingt.
- ad 3) Sagt, Hochew. Unser gnädiger Fürst und Herr, Herzog zu Gülich, Cleve und Berg.
- ad 4) Herr Arnold Hafft, nun Christian Crosch.  
Pro Extractu cum Originali concordante J. R. Müllheim, Mpr.

## §. XV.

## CONTINUATIO.

Denum C) circa Ecclesias parochiales territoriorum Juliacensis, Montensis,  
 & Clivensis, quæ existunt de Jure Patronatū eorundem Dominorum  
 territorialium maximam habendam esse fidem credimus, Extractui Libri  
 Archivii Archiepiscopalis Coloniensis in quo nomina Beneficiorum, & Pasto-  
 ratuum dictæ Archidiœcesis, eorundemque Collatorum specificè continentur,  
 quem Extractum hic subjungimus:

I) DUX JULIACENSIS. Euskirchen. Gerode. Juchem. Büren. Duren.  
 Norvenich. Olmetzheim. Boislar. Glimbach. Lammerstorff. Weme.  
 Barmen. Roislar. Zyrne superius. Mertzenich. Ad S. Mariam in Tul-  
 peto. Cuchenheim Lamberti. Rödisheim. Zylsch. Hergarden. Vlatten.  
 Hengerbach. Werenstein. Vylpe. Dittel. Keldenich. Wylre prope Burg.  
 Myrweiler. Birkestorp. Wysweiler. Lyniche. Dynkirch. Gurtzenich.  
 Lendestorp. Item omnes Præbendæ in Nideggen.

*et Olyse  
juxta Linne  
ad j: Bo:  
y Gronau  
L. D. de* II) DUX MONTENSIS. Nemget. Dusseldorf. Eicktrop. Blanckenberg.  
 Heynsberg. Olpe prope Kurten. Heyncheshoven. Burgel. Sande. Merr-  
 hem prope Tuitium.

*Hocher  
v Bach.* III) DUX CLIVENSIS. Immite vel Innemeran inferius. Kalcker. Cleve.  
 Wyschel. Griete. Warbegde. Keyen. Duysberg. Dusselwerde. Meer.  
 Rees. Vyden. Cranenburg unà cum Præbend. Dronsburg. Ravensberg.  
 Weys. Ordhem. Breiderich. Indenrogend. (L.S.) Archiepiscopalis Pro-  
 Extractu supradicto & collationato & concordante Casp. Buck mp.

In hoc Extractu nec ulla sit mentio parochialium Ecclesiarum aliarum,  
 quod sint de alternativâ collatione mensium, seu Turno apostolico Summis  
 Ducibus Montensi & Juliacensi competente.

## §. XVI.

## CONTINUATIO.

VVæc novissimis temporibus nata prætentio Turni apostolici circa Parochias  
 A. Ecclesiis collegiatis incorporatas causa erat, cur exprefsè ejusmodi Ec-  
 clesiæ in Statutis suis de jure suo perpetuo in omni mense cavere cœperint,  
 atque neoprovisos Parochos adstringere ad Juramentum de non resignando in  
 quocunque Turno Ecclesias parochiales, nisi ad manus sui collatoris perpetui,  
 ut ita toriura spiritualis præcluderet forsitan viam dimittendi Ecclesias curatas  
 Duca-

Ducatum Juliæ & Montium ad manus Serenissimi in Turno apostolico, sed potius ut inde palam fieret Ecclesiæ curatas non subesse alternativæ concordatorum, & propterea non possent dimitti in quocunque mense, nisi ad manus ordinariorum collatorum; atque hæc ex Statutis Ecclesiæ collegiatarum Ss. Cassii & Florentii intra Bonnam, & S. Gereonis, ac S. Andreæ intra Coloniam, quorum extractum hic apponimus, probantur.

*A) Extractus ex Statutis Ecclesiæ Ss. Cassii & Florentii intra Bonnam. Cap. 5. artic. 3. 4.:* “Harum Parochialium unitarum seu Vicariarum perpetuarum ea est natura, quod ex constitutione Pii Papæ V., quæ incipit: *Ad exequendum pastoralis Officii debitum &c.* cura animarum penes Capitulum quâ Rectorem, curæ verò exercitium penes Vicarium in Beneficio unito deputatum resideat, & ejusdem perpetui Vicarii ordinatio spectet non ad liberam ordinariorum electionem vel concursum, sed ad nominationem illorum, in quorum Ecclesiis unitis ponitur, pertineat indefinitè, semper & absque aliquâ temporum & mensium distinctione, adeoque in omnibus Mensibus anni etiam Sedi apostolicæ reservatis, nec cadat sub concordatis Germaniæ aut regulis cancellariæ apostolicæ vel indulxit conferendi, ipse tamen capitulo, ut suprà, præsentatus, habitâ capitulari collatione, cum dictorum ordinariorum seu eorum Vicariorum prævio examine & approbatione deputetur. Hinc liberum non erit hujusmodi Vicariis perpetuis sine prævio capitulo præscitu & assensu suas Ecclesiæ dimittere aut resignare, cavebuntque & promittent tempore collationis dato reversali se id non facturos, sed ad manus solius capituli resignaturos.”

*B) Juramentum perpetuorum Vicariorum Vice-curatorum in Parochiis Ecclesiæ collegiatæ ad S. Gereonem intra Coloniam incorporatis:* “Ego N. Rector, seu Vicarius perpetuus Ecclesiæ parochialis in N. juro, quod ab hac hora in antea ero fidelis, & obediens Archiepiscopo Coloniæ ac Domino Decano & Capitulo Ecclesiæ s. Gereonis Coloniæ in licitis, & honestis, apud dictam Ecclesiam meam, seu perpetuam Vicariam curatam personaliter residebo, illique, & curæ animarum mihi commissarum, in prædicatione verbi Dei, & administratione Sacramentorum secundum & doctrinam, & ritum Ecclesiæ catholicæ, & exemplo vitæ per Dei gratiam laudabiliter præero, aliasque officium mihi ex debito incumbens diligenter adimplebo, redditibus & portione Rectori illius assignatis, & quas hactenus percepit de cætero contentus ero, inventa jura conservabo, & de-

deperdita pro posse & nosse recuperabo, eandem Ecclesiam meam, seu perpetuam Vicariam meam curatam sine expresso consensu Dominorum meorum Decani, & Capituli supradictorum non permutabo, aut quovis modo dimittam; orthodoxam Fidem &c.

C) Juramentum Rectorum parochialium Ecclesiarum ad collationem, & præsentationem Ecclesiæ S. Andreæ Coloniæ conjunctim, vel divisiō spectantium: "Ego N. Pastor parochialis in N. juro, & promitto, quod ex nunc, & in antea venerabili Illustrissimo, & egregiis circumscriptis Dominis, & Superioribus meis Decano, & capitulo Ecclesiæ S. Andreæ Colon. & eorum successoribus fidelis & obediens ero, & esse volo, & illorum præceptis, & mandatis parebo, ac reliquias, ornamenta, redditus & bona dictæ Ecclesiæ meæ inventa pro posse, & nosse meis conservabo, ac deperdita recuperabo, ac in dicta Ecclesia mea personalem residentiam faciam, nisi de licentia Dominorum meorum prædictorum ad tempus ab hujusmodi residentia relevatus fuero, nec eandem Ecclesiam sine expresso consensu dictorum Dominorum resignabo, aut permutabo, ac portione, si quamvis in dicta Ecclesia prædecessoribus à sæpe dictis Dominis Decane & capitulo pro competentia forsan assignata fuerit contentus ero, & esse volo, nec ullo unquam tempore per me, aut aliud quocunque præmium inconsuetum à dictis Dominis meis dictæ Ecclesiæ, aut illius Regiminis petam, seu exigam, sed eorundem Dominorum honorem, commodum, utilitatem, & statum fideliter omni fraude semota procurabo, nec contra præmissa, aut aliquod illorum directè vel indirectè per me ipsum, aut aliam personam veniam, aut faciam, neque contra ea dispositionem impetrabo, neque ulla etiamsi motu proprio mihi concessum fuerit, ullo unquam tempore utar, neque uti volo, sic me Deus adjuvet, & hæc S. ejus Evangelia."

## §. XVII.

*Bulla EUGENII IV. de anno 1445 non obest juri patronorum ordinariorum circa Ecclesias curatas.*

Prestat nunc, ut Bullam illam Eugenii IV., quæ occasio imò fundamen-  
tum erat attentati Turni apostolici (ceu Relatio D. D. Consiliariorum  
de REDINGHOVEN & EHRMANS teste Diss. Dusselana cit. p. 15. edifferit)  
exami-

examinemus, atque quantum pro Turno apostolico ferat subsidii, videamus.  
 Eugenius P. IV. anno 1445 decimo septimo Kalend. Februarii a) ad Episcopum Traiectensem dedit Bullam, quā eidem datur facultas conferendi Beneficia quæcunque pro Territoriis ac Dominiis Adolpho Duci Clivensi subjectis, personis per ipsum Ducem nominandis, si NB. vacaverint in Turno sive  
*Menje Ordinariorum*, & nisi Sedi apostolicæ fuerint reservata — Occasio hujus Bullæ datæ erat dissidium tunc existens in Ecclesia inter EUGENIUM IV. & FELICEM V. qui in locum EUGENII IV. à Concilio Basileensi depositi fuerat surrogatus — Natio nostra germanica facta hac depositione neque Eugenio, neque Felici adhærere voluit, sed anno 1439. iniit Neutralitatem Moguntiæ sub ALBERTO Rege — hanc neutralitatem eodem anno amplexi sunt THEODORICUS Archiepiscopus Coloniensis & JACOBUS Trevirensis. — Hi anno 1444 excesserant fines neutralitatis & transierant ad partes FELICIS V. — inaudiens hoc EUGENIUS eos exauktoravit, atque Mitram Colonensem Adolpho Duci Clivensi à partibus EUGENII existenti in favorem Filii ejus secundo-geniti ADOLPHI detulit, sed Cæsare & Imperio fortiter resistentibus — præterea literas concessit prædictas Episcopo Traiectensi, ut institueret in Beneficiis vacantibus in Turno Ordinariorum personas sibi à Duce Clivensi nominandas — anno 1446 Natio germanica redire tentavit in unionem cum EUGENIO IV. — quæ unio anno 1447. fuit facta sub variis conditionibus, inter quas erat ista: *ut Papa restitueret suis Sedibus Archiepiscopos Coloniensem & Trevirensim, quos exauktorare præsumpsisset, atque revocaret omnia, quæ in eorum præjudicium à Papa essent concessa* — Papa petitis Nationis annuit; duos Archiepiscopos suis Sedibus restituit atque omnia in præjudicium eorum acta revocavit signanter Bullam in favorem Adolphi Clivensis ad Episcopum Traiectensem datam quoad collationem Beneficiorum b). — Videamus nunc, quā ratione JOANNI IV. Duci Montensi Bulla hæc potuerit esse causa attentandi Turni apostolici? 1) Bulla loquitur de Beneficiis vacantibus in Turno Ordinariorum, quomodo trahi poterit ad Turnum apostolicum, quem Bulla Adolpho prædicto exp̄resse negat? 2) Bulla hæc in terminis mox fuit revocata, atque THEODORICUS Archiep. Coloniensis fuit per eundem Papam omnibus suis Juribus plenè restitutus — 3) Conditis ex post Concordatis Bulla Eugeniana prætensa omni quoque effectu mansit destituta — 4) Bulla ipsa in radice *ceu nulla* facilè impugnari posset, ex eo, quòd Imperator FRIDERICUS III. Exauktioni non consenserit — Quomodo autem ejusmodi Bulla possit esse Pallium prætensi cuiusdam Turni apostolici, & quidem pro Territoriis Montensi & Juliacensi, pro quibus nequidem data erat, non capimus.

- a) Conf. HARTZHEIM CC. germ. Tom. V. p. 283.— Ex quo corrigi poterit error Dissertationis Dusselanæ cit. videlicet Bullam hanc non fuisse datam 17 Julii, neque Adolpho Duci, sed Episcopo Trajectensi.  
 b) Vid. HARTZHEIM l. cit. p. 394.

### §. XVIII.

#### *Remedia contra futura attentanda in Præjudicium Patronorum ecclesiasticorum.*

Quoniam (ceu Resolutum Senatus Regiminis Dusselani elapso anno conceputum Ecclesiam parochialem in Wittlar de Jure patronatus perpetuo & in omni Mense R<sup>dma</sup> Abbatissæ in Vilich p. t. existentem concernens testatur) prætensiones Turni apostolici circa parochias Territoriorum Montensis & Juliacensis, etsi notoriè nullæ sint, continuantur, superest, ut de remediis, quibus attentata illa in irritum revocentur, agamus; & quidem, cum notissima sit Serenissimi Principis ac Electoris Palatini CAROLI THEODORI erga Ecclesias earumque jura pietas, nec non in conservandis germaniæ Concordatis sancta Religio, I.) suademus, ut, si Patroni ecclesiastici se se per Senatum ejus intimum in Jure suo patronatus læsos & gravatos sentiant, justissima remonstratione juris sui ipsum FONTEM justitiae pro Ducatibus Juliacis & Montium exercendæ adeant, atque ab illo sollicitent solamen, quo invito experti sunt gravamen; non dubitamus, quin Gravamina illata tollantur è medio, atque in Jure suo patronatus secundum Concordata germaniæ manuteneantur Patroni ecclesiastici ab illo, qui pro tuendis Concordatis principum anno 1764 efficacissimas dedit literas ad Summum Pontificem CLEMENTEM XIII. hunc pro justitia secundum Concordata facienda germanâ pietate exorando, &, quod petiit, impetrando;  
 a) sanè hic in suo Senatu intimo non patietur, quod Sedi apostolicae non convenire arbitrabatur; viam hanc inierat R<sup>dma</sup> Abbatissæ in Vilich Dna de Buchholtz anno 1704 in causa Ecclesiam parochialem in Wittlar Ecclesiæ Villicensi incorporatam concernente; hæc Ecclesia parochialis anno 1700 vacabat in Mensa papali; provisus de illâ fuit à R<sup>dma</sup> Ordinaria Collatrice Villicensi CHRISTOPHORUS SIEBERG, qui impetrato quoque placito in quartum modo apnum erat in pacifica possessione prædictæ Ecclesiæ parochialis; quarto anno à tempore captæ pacifice possessionis Regiminis Senatus intimus illum turbabat per Mandatum de impetranda novâ provisione à Serenissimo; ast facta ad ipsum SERENISSIMUM solidiori Remonstratione ad ejus Mandatum pacifice sue possessioni fuit relictus b).

a)

- a) Extant desuper litteræ Pontificis datæ ad Serenissimum Palatinum in  
Tom. II. Conc. germ. p. 270.
- b) R<sup>dm</sup>a Collatrix se fundabat in Collationis actibus hactenus continuatis;  
& potissimum in Diplomatibus, quibus Ecclesiæ parochiales existerent  
Ecclesiæ Villicensi incorporatae & de jure hujus Patronatus, quæ Di-  
plomata in Adjuncta sub lit. B) adferemus.

## §. XIX.

## CONTINUATIO.

Quodsi, præter omnem exspectationem primus ad SERENISSIMUM ipsum factus Recursus absque fructu succederet, præsto est aliud Remedium illudque justissimum ac efficacissimum, videlicet Recursus ad AUGUSTISSIMUM IMPERATOREM & quidem IMMEDIATUS posthabitis omnibus instantiis Inferioribus etiam Romanis; quam protectionem Patronis ecclesiasticis ex notoria praxi & Observantiâ Imperii per Archidiasteria Imperii immediatè hactenus impertitus fuit; hoc Remedium est ex jure & praxi certissimum; quamvis nonnulli Germaniæ nostræ Canonistæ id capere nequeant; in quorum gratiam, doctrinam hanc paulò fusiùs demonstrabimus. Et quidem I) in Capitulatione Cœsarea Articulo XIV. §. 1. & 3. AUGUSTISSIMUS omnibus Capitulis & Ecclesiis Germaniæ promittit manutinentiam in Concordatis ac Jure suo Patronatus, quoties Ecclesiæ putant se contra Concordata esse læsas; Imperator se obligavit ex facto juramento se protectum esse Ecclesiis germaniæ & Capitula in jure ex Concordatis quæsito: quare ergo in Casu læsionis locum non habeat Recursus ad Imperatorem, quem obligatum fore ex Officio advocatiæ ad sananda vulnera Concordatis illata, voluit per Augustum Electorale Collegium tota nostra germanica Natio?

## §. XX.

## CONTINUATIO.

Dorro II) certissimâ praxi supremam hanc Augustissimi Jurisdictionem immediatè & privativè fundatam esse constat in Casibus Concordata, ceteraque Jura majestatica ac suprema reservata Cœsarea concernentibus; innumeris aliis omissis duos solummodo Casus adferam, quorum primus est ille, qui in Ecclesia cathedrali Osnabrugensi versabatur anno 1774 in quâ tres Canonici Aug. Conf. libertatem nubendi in Statu canonicali suo prætendebant; Corpus Canonicorum catholicorum inibi existentium huic

prætensioni sese opposuit; Augustissimum Imperatorem imploravit pro manutencionia suorum Statutorum ac observantiæ legitimè introductæ; tres Canonici A. C. opponebant exceptionem fori, eo quod Jurisdictio Cæsarea non foret immediatè fundata in Causis personas immediatas Imperii non concernentibus; adeoque primam Instantiam Episcopi osnabrugensis in hac causa esse fundatam; verùm hæc exceptio fori declinatoria à Senatu Imperii Aulico anno 1775 die 8. Augusti rejecta, atque Decretum paritorum contra opponentes fuit impetratum a). Novimus hunc procedendi modum contra tres Canonicos Protestantes Ecclesiæ Osnabrugensis Judicii Imperialis aulici non arridere quibusdam Catholicis Canonistis, in quorum Principiis causa illa debuisset remitti in prima Instantia in favorem Protestantium cognoscenda ad Judicem inferiorem, verùm sinendi illi sunt.

a) Conf. MOSER Reichs-Staats-Handbuch, 2ter Theil, ed. 1776.  
p. 337. seq.

### §. XXI.

#### CONTINUATIO.

**A** Iterum est exemplum quod in Ecclesia Hildesiensi de anno 1753 sub Archiepiscopo nostro Coloniensi CLEMENTE AUGUSTO in causa beneficiali Hildesiensi refert cl. KÖNIGS a) in qua sacra sua Cæsarea Majestas ad Archiepiscopum & Electorem Colonensem dedit Rescriptum sequentis tenoris: „Die Frage, wem die Erkanntniß über strittigen Besitz der geistlichen Beneficien, und Canonikaten in denen Fällen zustehet, wo die Concordata Nationis germanicæ, oder andere Kaiserliche allerhöchste Vorrechte wollen angefochten werden, sey sogar außer allen Zweifel, daß solche durch eine ohnunterbrochene Observanz von vielen Jahrhunder-ten die unabsehnliche Entscheidung bekommen, wie dann auch der Herr Kurfürst selbst in der bekannten hildesheimischen Scholasterie-Sache die Kaiserl. Jurisdiction anerkannt, und bekanntmaszen Thro Kaiserl. Majestät, als dem höchsten Schutz und Schirmherrn der teutschen Kirchen die Handhabung der Concordaten, wie auch der gesammten Kapitel-Freiheiten jederzeit alleinig gebühret, die bey dergleichen Fällen erfolgte Obrist-richterliche Aussprüche aber wären sowohl die geistlichen als weltlichen Reichsstände nach den Fundamental-Gesetzen zu befolgen schuldig“.

a) Selecta jur. publ. Tom. 29. à p. I. bis 19.

### §. XXII.

## §. XXII.

## CONTINUATIO &amp; CONCLUSIO.

Cum itaque Recursus ad Augustissimum Protectorem iurium & libertatum Ecclesiarum Germaniae immediatus sit fundatissimus, hic quoque patebit Patronis ecclesiasticis, si Turnus apostolicus prætendatur circa Ecclesiæ parochiales sibi incorporatas; etenim hic observari concordatorum casum extra dubium est; cùm 1) quæstio hic sit: *utrum Ecclesiæ parochiales subsint alternativæ mensum?* cuius quæstionis decisionem in favorem Ecclesiarum collegiatarum Germaniae à Rota romana frustra exspectabis. 2) Utrum usui Turni apostolici, quo Ecclesiæ parochiales Germaniae existunt liberæ, subsint Ecclesiæ territoriorum Montensis & Juliacenisi? 3) Statuta Ecclesiarum Germaniae collegiatarum in præsenti causa manutenenda sunt ab AUGUSTISSIMO IMPERATORE secundum claram literam Capitulat. cæf. art. XIV. §. 2. Quis itaque dubitet, casu, quo Patroni ecclesiastici gravantur in jure suo ordinario Patronatus circa Ecclesiæ parochiales in omni mense, fundatam esse immediate Jurisdictionem cæsaream, atque ob fundatam Jurisdictionem, ab Augustissimo manutentiam esse expectandam? Hoc Remedium *tutissimum* est, est *efficacissimum*, *lites abbrevians*, *non sumptuosum*; quis amabit potius experiri velle *innumeris sumptibus*, & *longissimo tempore* in inferioribus Instantiis neglecto hoc remedio *primo & ultimo*? imò hic Recursus est Ecclesiæ præcipue *parochialibus* utilis, quo his de Rectoribus idoneis eò citius providetur, ut exemplum nostris in terris famosissimum de Parochia in *Rüngsdorff* testatur, quæ, gravaminum libello vix per decem dies *Augustissimo Imperatori* exhibito, nacta est Rectorem suum efficacissimo Rescripto cæsareo ut lis sit finita; quæ percurrendo certas Instantias ad decem annos forsan & ultra fuisset protracta non in gravissimum ovium & animarum dispendium — Hunc nostrum Recursum sumant quoque Patroni quoad Parochias Ducatum Juliae & Montium sibi reservatas in omni mense, atque certissimam experientur AUGUSTISSIMI protectionem, qui pro conservandis Concordatis & Legibus Imperii fundamentalibus sollicitè excubat.

ADJUN.